UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1860

XXXVII. Der Pfarrer und der Rath zu Königsberg bekunden, daß Bollo von Stendal, der den Altar zum h. Kreuz in der Marienkirche gestiftet, das Patronat sich und seinen Erben vorbehalten habe, am 18. ...

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-55515

Visual Library

XXXVII. Der Pfarrer und der Rath zu Königsberg bekunden, daß Bollo von Stendal, der den Altar zum h. Kreuz in der Marienkirche gestiftet, das Patronat sich und seinen Erben vorbehalten habe, am 18. Februar 1334.

In nomine domini amen. Quoniam omnium habere memoriam pocius est diuinitatis, quam humanitatis etc. — Nouerint igitur vniuersi presens scriptum visu vel auditu cognituri, nos Bussonem de Griphenbergh, plebanum in koningesberch, et consules ciuitatis eiusdem lucide protestari, Quod prouidus vir et honestus Bollo de stendal, noster ciuis dilectus, altaris ab eo fundati nobiscum in ecclesia beate virginis ad honorem sancte crucis, ad cuius consummacionem ac fundationem nos Busso de griphenberch antedictus in peccatorum nostri fratris domini Bertrammi, militis memorie felicis, atque propriorum scelerum remissionem viginti marcas puri argenti contulimus et dedimus, vt memoria nostra in altari predicto sollempniter imperpetuum peragatur, collationem siue jus patronatus sibi licite reseruauit, ita quod temporibus vite sue ipso altari vacante debeat conferre altare prefatum, cuicunque voluerit, et presentare. Quo defuncto sui heredes legitimi de lumbis eius nunc nati et adhuc nascendi immediate uel mediate quamdiu durabit linea sue consanguinitatis hereditaria erunt prelibati altaris collatores. Hiis vero omnibus per mortem elapsis Hynricus de stendal suus germanus et post decessum eius sui heredes veri stirpe hereditatis eius perseuerante eiusdem altaris ius patronatus obtinebunt. Porro tandem hiis vniuersis de hoc medio surreptis diuina voluntate disponente, nullo interueniente obstaculo, plebanus vna cum nostre ciuitatis consulibus vnanimi consensu et concordi sepedictum altare ipso vacante conferat et presentet. In memoriam huius rei firmiorem presenti littere nostra sigilla pariter cum sigillo Bollonis supradicti sunt appensa. Testes huius sunt Magister Johannes de Cedenik, dominus Conradus de allenkerken, Magister egydius, clerici, Dominus Nicolaus Wytte, miles, Conradus, prefectus in koningesberch, henninghus, frater eiusdem, Ludolphus de Schiltberch et alii plures fide digni. Datum anno domini Millesimo Tricentesimo Tricesimo quarto, feria sexta ante dominicam Qua cantatur Reminiscere.

Nach dem Originale des Königsberger Stadtarchives No. 31.

XXXVIII. Markgraf Ludwig überläßt die Tutel über die Söhne des Ritters Henning Velthan den Gebrüdern von Sidow, im Jahre 1334.

Nouerint vniuersi etc. Quod nos Ludouicus etc. Commisimus, contulimus et presentibus conferimus strenuis viris Henningo et Henrico, fratribus, de Sydow, tutelam et administrationem bonorum filiorum strenui militis Henningi, dicti Velthan bone recordationis, dilecti nostri fidelis, cum vniuersis predictorum bonorum pertinentiis, iuribus, honoribus et commoditatibus eisdem bonis ex antiquo pertinentibus, quam quidem tutelam et administrationem ante vnius anni lapsum strenuis viris Kunoni de Widikow et Kunoni dicto Sack contulisse meminimus, et qui